tus ad eundem terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, maiori minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictionem vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praefatam ultra praemissas Officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosequtiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus fatalijs Juris, praetextu Fori, bello, Conventioneque, ac alijs omnibus Juris remedijs eo defendentis non subterfugiendo nec modo aliquo quovis evadendo. Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

## Zielinski Honestis Wrotnym Coniugibus Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Andreas Zielinski, Sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesentibus vero Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Jurisdictioni, quoad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Donat Suam propriam et haereditariam infrascripta Videlicet Praedium cum Pomario inter metas ab una Horti Literackie dicti, et ab altera Praedioli Famati Erasmi Dzikonowicz post Ecclesiam Sanctae Brigittae in Suburbio Samboriensi Terrae et districtus praesentis Premysliensis iacens et consistens. Cum omni praefato Jure dominio, proprietate, haereditate, titulisque haereditario, omnibusque

et singulis eorundem bonorum seu Praedij et Pomarij Vtibenfitibus fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter Vniversis nihil penitus ex praemissis pro se Recognte, suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, genere per speciem et econtra in nullo derogando, verum ita late longe, circumferentialiterque, prout praefata bona haereditaria se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et prout eadem bona ipsemet Recognens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, aliusque legitime serviebant, jam ex nunc eo de facto Honestis Thomae Wrotny et Catherinae Ryszkowska Conjugibus legitimis eorumque posteris dedit, donavit, inscripsit et resignavit, prout dat donat, ac titulo puro, mero, perpetuo et irrevocabilis donationis praesenti inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliterque. Ingressum quidem Bona seu Praedium cum Pomario suprascripta praesentique sic legitime donata et resignata, idem Recognens Nobilis Andreas Zielenski, praefatis Honestis Thomae Wrotny, et Catherinae Ryszkowska Conjugibus legitimis, donatarijs suis, eorumque posteris, coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem, pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem, et Nobiles duos, die quacunque voluerint apponendam acceptandam, per ipsos Honestos Thomam Wrotny et Catherinam Ryszkowska Conjuges legitimos donatarios suos et eorum posteros, haec eadem bona praesenti donata cum omni Jure, dominio, proprietate, competentiaque et praerogativa quavis tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice Vtifruendi, ac ad suos, suorumque Successorum quosvis beneplacitos

Usufructus libere et effectualiter convertendi perpetuis et
diuturnis temporibus. Debetque et tenebitur memoratus Regens
Nobilis Andreas Zielinski, pro se ac suos Successores
in et super bonis suis generaliter omnibus summisque
pecuniis quibusuis habitis et habendis, supradictos Honestos
Thomam Wrotny et Catharinam Ryszkowska Coniugibus
legitimis donatarijs suis, et ipsorum posteris intendit et
obligat praesentes, ipsos et eorum successores, in dictis bonis prae-
sentibus donatis, et ratione eorundem omnium, ab omni
et qualis impetitione iuridica quarumcunque personarum
cuiuscunque Conditionis, Status, et Sexus cuiuscunque existentium
exorienda, per omnes praescriptiones Terrestres, prout ad
quamlibet personam Terris spectat et pertinet praescriptio,
in omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties opus
fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere et eliberare,
indemnesque eum posteris reddere, necnon Bona praefata
praesentibus resignata, ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus
prioribus et posterioribus super eisdem bonis, praesentibus per se
Recognitem donatis, cuicunque personae modo quouis factis
et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem
Bona, praemissaque omnia praesentibus resignata importatis et im-
portandis, Litteris denique et perlucris, processibus Iuris quibusuis
in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quouis
Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super prae-
missis omnibus praesentibus resignatis, modo quouis peruentis
et perducendis, emundare et eliberare, mundaque et libera
semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram officio
praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus resignatorum
dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requisitos [illegible]

3114

denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataq et admissa eaq possessionem et Vsumfructum praemissorum omnium et singulorum quovis modo tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non impedire, nec admovere, ipsosq Honestos Donatarios suos ac ipsorum Successores, in dictis bonis praesentis resignatis praemissisq omnibus tam in toto, quam in parte non iniuriari, ita ut eadem bona, praemissaq omnia praesentibus resignata, cum vniversis eorumq vtilitatibus et Vsufructibus, iidem Donatarij, cum suis posteris quiete et pacifice, praesentis Inscriptionis donationis vigore tenere, habere, et possidere queant, illisq quiete et pacifice Vtifrui possint, perpetuo et in aevum, inscribit ca[…] sub Damnis Terrestribus simpliciter absq Corporali Iuramento taxandis et edicendis, per eundem Recognoscentem Nobilem Andream Zielinski, suiq eorumq Successores, praefatis Honestis Thomae Wrotny et Catherinae Ryszkowska Coniugibus legitimis Donatarijs suis et eorum posteris ob non Completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbentes, a quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absq Corporali Iuramento taxandis et edicendis modo praemisso ad soluendum succumbit, ac rea aliquid principali ex praemissis non completa complenda, complendisq praemissis Citatusq ex nunc in ratione Recognoscens Nobilis Andreas Zielinski, suiq eorumq posteri, ad instantiam eorumq Honestorum Thomae Wrotny et Catherinae Ryszkowska Coniugum legitimorum donatariorum suorum, vel ipsorum Successorum, ad Officium praesentis Castrensem Capitaneale Premisliense, ex tunc recessu sub illo, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tangendo personaliter stare, ius parere, rendere, Damna contracta Terrena

simpliciter taxata luere, Interesi huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens illum Terminum primum peremptorium, et citra alios omnes eiusdem consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate gravi, minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea ultra praemissos Officij praesentis Castrensis Capitanealis Praemisliensis terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia penis simplicibus et duplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praecavente Terri bellorum Conventionibus quaestionibus ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensionibus non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Haec sua praesens personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

# Feria Quarta ante Festum Sancti Petri in Vinculis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo

30/VII/1670

## Brosniowscy Ustrzyckie Roborant

Comparentes personaliter coram officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Religiosus ac Nobiles Iosephus et Stephanus Brosniowscy, Pater cum Filio, Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedentes praesentique Castrensis Capitanealis Premisliensis Iurisdictione, quoad actum